

cit. cap. *Magnus* num. 37. (5. Sic contra fraus arguitur ex brevitate temporis, cap. *Officii, de Elect.* l. *Si neutri* § fin. *de privileg. Creditor.* (6. Et sic cum multis aliis Fagn. loc. cit. n. 38. Fraus, et collusio dicuntur esse delicta, nec præsumuntur, nisi probentur; Rota p. 5. tom. 1. dec. 132. num. 1. part. 9. tom. 1. dec. 26. num. 5. part. 14. dec. 126. num. 17. part. 17. dec. 107. num. 15. (7. Nec ad fraudem probandam admittuntur conjecturæ; Rota part. 5. tom. 1. dec. 26. num. 21. part. 12. dec. 407. num. 8. (8. Nisi conjecturæ sint legales, evidentes, ac perspicuæ; Rota *ibidem*, et part. 16. dec. 2. num. 6. (9. Quæ tamen conjecturæ eliduntur a potentioribus ad effectum fraudem excludendi; Rota *ibid.* num. 7. (10. Adeo ut ad prædictum effectum lata sit admittenda interpretatio; Annotat. ad dec. 16. num. 7. part. 8. Rotæ recentior. (11. Immo suspicio fraudis ex qualitate personarum tollitur; Rota part. 13. dec. 421. num. 11. (12. Et ideo in Viro nobili non est fraus præsumenda; Rota part. 9. tom. 1. dec. 472. num. 11. part. 17. dec. 107. num. 6. (13. Minus fraus præsumitur in persona constituta in Ecclesiastica Dignitate; Rota *ibid.* (14. Sicuti nec in Infante potest considerari fraus; Rota part. 19. tom. 2. dec. 429. num. 24.

(15. Tollitur etiam, et cessat fraudis, ac doli suspicio in iis, quæ palam, ac publice fiunt, Rota part. 2. dec. 206. num. 10. (16. Et sic tollitur in hærede palam ac publice possidente, Rota part. 14. dec. 82. num. 9. (17. Nec fraus præsumitur in eo, cui nullum commodum ex actu resultat; Rota part. 2. dec. 206. num. 11. (18. Eundem effectum quoad fraudis exclusionem operatur actus rati habitio, et geminatio; Rota part. 14. dec. 97. num. 12. (19. Operatur quoque prædictum effectum conscientie exoneratio; Rota part. 9. tom. 1. dec. 25. n. 28. (20. Attenditur etiam deficientia causæ fraudandi ad effectum excludendi quamlibet fraudis suspicionem; Rota part. 1. dec. 407. num. 8. et dec. 529. num. 3. part. 13. dec. 336. n. 10. (21. Quo casu conjecturæ pro fraude inducenda adductæ non operantur; Rota *ib.* num. 12. (22. Quare fraude cessante, cessare debet quoque dispositio ad obviandum

## FRUCTUS ECCLESIASTICORUM

## ET PRÆSERTIM BENEFICIATORUM.

## SUMMARIUM.

1. 7. Decreta ex Sacra Congregatione Immunitatis. — 8. Ad quem spectent fructus Beneficii, mor-

Referuntur ad rem sequentia decreta a Riccio in Synopsi verb. *Fructus*.

(1. Fructus universi Ecclesiasticorum, qui colliguntur in bonis, tam Beneficialibus, quam Patrimonialibus, sunt exempti ab oneribus, et impositionibus laicis, nec ullo modo est admittenda restrictio ad certam ratam, et portionem: Sac. Congreg. Immun. in Ortonen. 24 Julii 1634. lib. 2. *Decr. Paul.*

fraudibus; Rota part. 3. dec. 463. num. 3. (23. Fraus et deceptio deducitur ex circumstantia temporis, actus, gesti, et ex qualitate actum gerentis, Rota part. 13. dec. 244. num. 8. (24. Item ex inverisimilitudine; Rota *ibid.* num. 10. (25. Hinc fraudis suspicione non caret volens fingere id quod non est; Rota part. 6. dec. 339. num. 50. (26. Nec dicta caret suspicione, qui majoribus abundat cautelis in rebus suspectis; Rota part. 10. dec. 305. num. 12. part. 17. dec. 256. num. 10. (27. Actus fraudulenti revocari non potest, nisi ab eo, cujus in fraudem factus est, Rota part. 18. tom. 1. dec. 309. num. 10. et sequent. (28. Et fraudantis bona prius excutienda sunt antequam quis contra Tertium agere permittatur, Rota part. 16. dec. 413. n. 13. et seq. (29. Ubi agitur de fraudibus, omnia sunt rejicienda, etiamsi ageretur de causis piis, Annotat. ad dec. 16. n. 5. par. 8. Rota recentior. (30. Hinc leges in quantum possunt, resistunt fraudibus; *ibidem* num. 1. et sequent. vide supra num. 3. (31. Ideoque fraudibus, quantum fieri potest, est occurrendum, et via præcludenda; Rota part. 5. dec. 43. num. 5. et dec. 386. n. 4. part. 6. dec. 229. num. 12. et dec. 243. num. 4. part. 10. dec. 332. num. 11. (32. Adverte tamen, quod fraus, et deceptio possit stare in multis sine læsione; Rota part. 5. tom. 2. dec. 497. n. 165. (33. Et quod sæpe cum veritate fiat, atque misceatur; Rota part. 15. dec. 351. num. 4.

## ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(34. De Fraude, duæ in titulo Pandectarum de Regulis juris sunt Leges; scilicet *L. 78* et *L. 79*. « Generaliter (ait *L. 78*.) quum de fraude disputatur, non quod habeat Actor, sed quod per adversarium habere non potuerit, considerandum est. Fraudis (sunt verba legis 79.) interpretatio semper in jure civili non ex eventu dumtaxat, sed ex consilio quoque desideratur. »

(35. Utilis esset expositio utriusque hujus Legis pro definitione etiam quæstionum quæ in foro agitantur, sed ne nimius sim, omissis aliis qui commentarios edidere ad titulum de Regulis juris, Revardo quoque et Petro Fabbro, consule unum Jacobum Gothofredum.

tuo Beneficiato. — 9. Quid si Beneficiatus Beneficium resignaverit. — 10. Quid in locis in quibus fructus non spectant ad successorem. — 11. De Accumulato. — 12. De Translato.

pag. 193. in Lavellen. 27 Februar. 1677. lib. 2 *Decret. Altov.* pag. 1354.

(2. Ecclesiastici non possunt impediri asportare fructus recollectos in bonis propriis, nisi adsit indigentia Civitatis: Sac. Congr. Immun. in Assisien. 22 Januarii 1629. lib. 1 *Decr. Paul.* pag. 121.)

(3. Recurrentes ad Judices Laicos, ut impediunt Ecclesiasticis collectionem fructuum,

Censuras incurrunt; ead. Sac. Congr. Immun. in Aprutina 2 Decembris 1698. lib. 2. *Decr. Vallem.* pag. 188.

(4. Contra Governatorem retinentem fructus Beneficii ejusdem Ecclesiastici, injungitur Episcopo, ut viriliter tueatur; ead. Sac. Congr. in Aquilana 1 Jan. 1695. lib. 1 *Decr. Vallem.* pag. 165.

(5. An Laici sint præferendi in emptione fructuum decimalium, cognitio spectat ad Judicem Ecclesiasticum: ead. Sac. Congr. in Augustana 22 Aprilis 1698. lib. 2. *Decr. Vallem.* pag. 148.

(6. Recurrentes ad Potestatem Laicam, ut impediunt decreta Episcopi pro libertate venditionis fructuum decimalium, excommunicantur: *ibidem*.

(7. Prævia renunciacione dictis recursibus, et reintegrata parte, absolvuntur etiam in forma privata: *ibidem*.

Cætera de fructibus, sive redditibus Beneficiatorum vide verb. *Beneficiatus* art. 1, 2 et 3. et verb. *Dominium* artic. 2.

## ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(8. De Fructibus Beneficiorum frequentes sunt controversiæ. Si obierit Beneficiatus, fructus nondum exacti de jure communi spectant ad successorem in Beneficium, et quidem etiamsi cesserit dies eorum solutionis vivente adhuc Beneficiato: Rota in Burgen. Canonicatus super fructibus 28 Junii 1745. § 4. coram clar. mem. Millin. ubi quod in Hispaniis ex consuetudine ubique recepta spectent ad Hæredem Beneficiati.

(9. Idem juris obtinet, si Beneficiatus Beneficium resignaverit. Illud vero peculiare in Resignacione occurrit, quod Resignatario

## FRUMENTUM.

## SUMMARIUM.

1 ad 27. Plura afferuntur Decreta ex Sacra Immunitatis Congregatione.

Referuntur ad rem sequentia decreta a Riccio in Synopsi verb. *Frumentum*.

(1. Edictum taxæ super pretio frumenti editum a Curia Magni Magistri afficere non potest Ecclesiasticos, sed si concurrat Publicum bonum, injungi potest Episcopo, ut pro Ecclesiasticis publicet Edictum simile, non tamen relative ad Edictum Laicum; Sac. Congr. Immun. in Melevitana 1 Decembris 1648 lib. 4 *Decret. Paul.* pag. 58.

(2. Non est permittendum Ecclesiasticos comprehendi in prohibitione Laicorum vendendi, et emendi Frumenta, sed urgente necessitate potest Ordinarius suo peculiari Edicto Ecclesiasticis prohibere; ead. Sac. Congr. Immun. in Ragusina 10 Junii 1636. lib. 3 *Decr. Paul.* pag. 7.

(3. In venditione Frumenti, Bladarum, et similium Ecclesiastici non tenentur servare taxam, et alias ordinationes editas a potestate laica; sed Episcopus sua ordinatione constituat eandem taxam pretii justii, et contra Transgressores procedat: eadem Sac. Congr. Immun. in Melevitana 21 Martii 1646. lib. 3 *Decr. Paul.* pag. 276. Boven. 17 Maii 1695. lib. 1 *Decr. Vallem.* pag. 189.

debentur fructus Beneficii resignati a die admissæ resignacionis etiamsi ipse Resignatarius possessionem Beneficii resignati non apprehenderit: Piton. *Discept. Eccl.* 74. n. 23. Paris. *de Resignat.* l. 1. qu. 6. n. 27. et seq. Rot. coram Cavaler. dec. 104. num. 1. et seq. et in dict. Burgen. Canonicatus super fructibus 28 Junii 1745. § 3. coram clar. me. Millin.

(10. In locis, in quibus fructus Beneficii nondum exacti non spectant ad successorem in Beneficium, sed ad Hæredem, vel ad Cameram Apostolicam, quæri solet, an subrogatus in jure defuncti prætereque queat fructus ipsi defuncto debitos? sed negativa amplexa fuit sententia a Rota, idque quia nisi in subrogacione fiat expressa mentio fructuum, intelligitur subrogatio quoad jus defuncti quod erat in lite, non item quoad fructus decursos, ut respondit Rota in d. Burgen. Canonicatus super fructibus 28 Junii 1745. § 6. cor. clar. me. Millin. in Auriem. Parochialis super fructibus 24 Jan. 1755. § 5. cor. Illustriss. Caprar. Alm. Urb. Governatore.

(11. Major in iisdem locis est dubitatio de Accumulato, an is prætereque possit fructus decursos per id temporis, quo primo loco Præsentatus litem sustinuit super Beneficio? At definitum quoque fuit minime posse prætereque: Confer Rotam in d. Auriem. Parochialis super fructibus 5 Maii 1754. § 6. et plur. sequent. cor. Illustriss. Figueroa, et 24 Jan. 1751. § 7 et plur. sequent. cor. Illustriss. Caprar. Alm. Urb. Governatore.

(12. Translato ab una ad alteram Ecclesiam, an et cujus temporis fructus debeantur, plene distinctis variis casibus agit Bohemer in *Decret.* lib. 1. tit. *de Translat.*

(4. Episcopus potest in casu necessitatis proprio Edicto statuere pretium frumenti Ecclesiasticorum, eosque cogere ad venditionem, reservata tamen pro usu, et sustentatione ipsorum æqua et proportionata quantitate, ead. Sac. Congr. Immun. in Casalen. 12 Febr. 1695. lib. 1 *Decr. Vallem.* pag. 171.

(5. Injungitur Episcopo, ut pro currenti anno, attenta gravissima penuria præfigat proprio Edicto justum pretium frumento Ecclesiasticorum, et obliget auctoritate Sac. Congr. Ecclesiasticos, tam Sæculares, quam Regulares ad venditionem Frumenti, reservata tamen pro usu et sustentatione eorum ea quantitate, quæ æqua et proportionata, omnibus consideratis, ab eodem Episcopo reputata fuerit: ead. Sac. Congr. Immun. in Neocastren. 1 Decemb. 1696. lib. 2 *Decr. Vallem.* pag. 16.

(6. Quatenus Episcopus judicet talem esse penuriam Frumenti, ut sit expediens prohibere Ecclesiasticis extractionem, eam prohibeat proprio Edicto, nulla facta mentione, vel habita relatione ad Edictum Laicale: ead. Sac. Congr. Immun. in Neocastr. 8 Augusti 1693. lib. 1 *Decr. Vallem.* pag. 66.

(7. Mandatur Episcopis, et Archiepiscopis Regni, ut attenta penuria, vendant eorum frumenta, et respective vendere faciant a Personis Ecclesiasticis, pro pretio tamen per eosdem cum Emptoribus concordato, et quatenus non concordent, vendant pro pretio justo iudicato arbitrio Episcoporum; eadem Sac. Congr. Immun. in Neapolitana 10 Nov. 1648. lib. 4. *Decr. Paul.* pag. 63.

(8. Tempore penuriæ, ut dicitur, *le rassegne* Frumentorum et Bladarum Ecclesiasticorum faciendæ sunt per Ecclesiasticos Curia Episcopalis, et ab Episcopo arbitrandæ est quantitas, qua indiget unusquisque Ecclesiasticus. Frumentum vero et Bladæ asserventur in loco ipsi Episcopo beneviso, et sub custodia Deputati ab ipso Episcopo. Et ut dicitur, *si spiani* in Furno Ecclesiasticorum, si quem habent; ead. Sacra Congr. Immun. in Civitatis Castelli 14. Jan. 1630. lib. 2. *Decr. Paul.* pag. 23.

(9. Perquisitio frumentorum in locis immunibus est prorsus prohibita Laicis; eadem Sacra Congr. in Florentina 13 Decembris 1648. lib. 4. *Decret. Paul.* pag. 66.

(10. Dantur litteræ circulares Episcopis status Ecclesiastici pro perquisitione frumenti in locis immunibus ad effectum faciendi ejus assignationem Ministris abundantia, soluto competenti pretio; ead. Sac. Congr. Immun. 20. Aug. 1678. lib. 2. *Decret. Altov.* pag. 1630.

(11. Datur facultas perquirendi et extrahendi frumentum ad effectum consignandi pro servitio abundantia Civitatis; eadem Sac. Congr. Immun. in Interramen. 2. April. 1678. lib. 2. *Decr. Altov.* pag. 1555.

(12. Episcopus pro extractione frumenti Mensæ Episcopalis de loco ad locum in eodem Gubernio non tenetur recipere Bulletinum; ead. Sac. Congr. Immun. in Fanen. 17 Novemb. 1671. lib. 1. *Decr. Altoviti* p. 618.

(13. Contra Ministros laicos impediētes exactionem Frumenti debiti cuidam Beneficiato Episcopus tueatur efficaciter, adhibitis etiam Juris remediis; ead. Sac. Congr. Immun. in Cajetana 30. Mart. 1695. lib. 6. *Decr. Vallem.* p. 180.

(14. Idem mandat restitui frumentum executatum in loco immuni per Ministros laicos spectans ad Ecclesiasticum; ead. Sac. Congr. Immun. in Aquilana *ibidem*.

(15. Frumenta Ecclesiasticorum non tenentur ad Gabellam introductionis; ead. Sac. Congr. Immun. in Camerinen. 10 Febr. 1680. lib. 2. *Decr. Altov.* pag. 1623.

(16. Frumentum recollectum in bonis propriis Ecclesiastici potest asportari, nec in hoc potest impediri, nisi adsit indigentia Civitatis; ead. Sac. Congr. Immun. in Assisien. 2. Januar. 1629. lib. 1. *Decret. Pauluc.* p. 121.

(17. Sacra Congregatio inclinatur, Clerum sæcularem et Regularem non teneri ad recipiendam portionem frumenti horrei publici, de qua agitur, sed in omnem casum distribuendum esse per capita, comprehensis etiam Equitibus, et omnibus aliis; ead. Sac. Congr. Immun. in Melevitana 6. Oct. 1638. lib. 3. *Decr. Paul.* pag. 74.

(18. Nuncio Neapolis scribitur, non esse extendendam facultatem extrahendi frumenta, ita ut etiam cum deputatione personarum Ecclesiasticarum minime liceat Commissario Regio extrahere frumenta recondita in locis immunibus, etiamsi fortassis empta contra formam Pragmaticæ; ead. Sac. Congr. Immun. in Neapolitana 28 Septemb. 1694. lib. 1. *Decret. Vallem.* pag. 149.

(19. Conceduntur Gubernatori Picæni de ordine Sanctissimi Litterarum persecutionis in forma quoad frumenta recondita in locis immunibus; eadem S. Congr. Immun. in Marcer 10 Octob. 1671. lib. 4. *Decr. Altov.* p. 610.

(20. Gubernator Marchiæ vigore asserti Brevis non potest prohibere Episcopo Auximano, ejusque Colonis partiariis, ne absque sua licentia in scriptis extrahant de loco ad locum intra fines Provinciæ frumentum in terris Episcopi collectum; ead. Sac. Congr. Immun. in Auximana 10 Decembris 1627. lib. 4. *Decret. Paul.* pag. 35.

(21. Idem Gubernator non potest cogere Ecclesiasticos ad asportandum in horrea publica partem suorum frumentorum; ead. Sac. Congr. Immun. *ib.*

(22. Idem non potest præcipere Ministris Montium frumentorum, ne absque sua licentia distribuunt in singulos annos statutis temporibus frumentum pauperibus; ead. Sac. Congr. Immun. *ibid.*

(23. Circa Edicta publicata a Gubernatore Perusiæ super assignatione frumentorum præcipitur eidem, ut publicet novum Edictum totaliter conforme Edicto Eminentissimi Camerarii edito die 19. Aug. 1697. cum revocatione edicti publicati ab eodemmet Gubernatore, seu Præsidente die 14. d. mensis; eadem Sac. Congr. Immun. in Perusina 30 Sept. 1704. lib. 3. *Decr. Vallem.* p. 618. et seq.

(24. Communitas Oppidi Centi in Legatione Ferrariensi tenetur ad recipiendum frumentum Mensæ Episcopalis Bononiensis (cum jam se ad hoc obligaverit, dummodo dicta Mensa clauderet furnum in d. loco) recollectum in territorio Centi pretio majori Calmerii de mense Novembris, et Decembris, dummodo d. frumentum sit mercantile, et plane mundum. Tenentur pariter ministri dictæ Mensæ infra totum mensem Octobris notificare ministris Annonæ, se promptos esse ad vendendum frumentum, et exprimere quantitatem tradendam; eadem Sac. Congr. Immun. in Bonon. 5. Jan. 1696. lib. 2. *Decret. Vallem.* pag. 2.

(25. Injungitur Eminentissimo Legato, ut præfigat terminum 15. dierum d. Communitati Centi ad emendum frumentum d. Mensæ Archiepiscopalis, quo elapso liceat eidem Mensæ aperire furnum ad effectum, ut dicitur, *di dispianare* præfatum frumentum, ead. Sac. Congr. Immun. in Bonon. 17 Mart. 1696. lib. 2. *Decr. Vallem.* pag. 42.

(26. Appaltatores Pistrinorum renuentes se accommodare appetitioni factæ super triticum Ecclesiasticorum, censuras incurrunt; ead. Sac. Congr. Immun. in Tudertina 27. Julii 1683. lib. 3. *Decr. Altov.* p. 211.

(27. Ad supplicationem Reipublicæ Lucanæ a Sanctissimo Sac. Congr. remissam, petentis frumentum Ecclesiasticorum debere vendi Ministris Reipublicæ, et prohiberi Ecclesiasticis vendere panem minutatim confectum ex frumento recollecto in bonis propriis Ecclesiasticorum; Sac. Congr. auditis informationibus deductis ab utraque parte censuit, si Sanctissimo placuerit, posse præfato Clero, Jus, et libertatem eidem ex dispositione Sacrorum Canonum, et declarationibus Sac. Congr. competentem vendendi minutatim panem confectum ex frumento in bonis propriis recollecto suspendi per septennium proximum futurum cum infrascriptis conditionibus.

I. Quod Ecclesiastici utriusque Cleri intra mensem Septembris declarare debeant in actis Curia Episcopalis, an velint dare frumentum recollectum in propriis bonis Ministris publicis, et in qua quantitate; factaque declaratione cum obligatione frumenti, teneantur tradere quantitatem oblatam, et ad id cogi debeant per Curiam Episcopalem.

II. Quod tota quantitas Frumenti a Clero tam Urbano quam Forensi intra sex millarios respective tradenda, non excedat staria duodecim millia.

III. Quod Frumentum præfatum solvi debeat, vel pretio currenti de tempore traditionis cum augmento duorum Juliorum Romanorum pro quolibet rubio Romano, vel majori, altiori pretio, quo fuerit venditum frumentum in locis publicis Civitatis de mensibus Novembris, et Decembris. Et casu quo Ecclesiastici vendere velint frumentum ante prædictos menses Novembris, et Decembris, tunc teneantur Ministri publici illud recipere, et solvere pretio currenti de tempore traditionis cum præfato augmento duorum Juliorum.

IV. Quod frumentum debeat mensurari ad mensuram consuetam in platea Civitatis, ubi publice venditur, et tam mensura, quam consignatio fieri a Clero Urbano intra Civi-

tatem in horreis, vel domibus, in quibus Ecclesiastici illud retinent. Frumentum vero dandum a Clero Forensi teneantur Ministri Annonæ suscipere ex horreis, vel domibus, ubi frumentum reperitur, et propriis sumptibus transportare, pretiumque solvere utrique Clero in actu consignationis Frumenti, quod esse debeat qualitatis recipientis, et ut vulgo dicitur *Mercantile*.

V. Quod quolibet anno in mense Septembris eligantur duo Periti, alter a Clero alter a Ministris Annonæ, quorum iudicio standum sit super qualitate frumenti consignandi, et unitim eligatur etiam Tertius, qui in casu discordiæ Peritorum, suum tunc debeat ferre iudicium cui partes stare debeant.

VI. Quod Ministri publici teneantur declarare in mense Octobris, an velint accipere frumentum oblatum ab Ecclesiasticis. Et eventiente casu, quo illud non recipiant cum prædictis conditionibus, sit in omnium et singulorum Ecclesiasticorum arbitrio redire ad usum Canonicae libertatis vendendi minutatim panem confectum ex frumento recollecto in propriis bonis; quod pariter iisdem liceat casu quo prædicti Ministri patiantur, seu tolerent aliquem Laicum minutatim vendere in Civitate panem ex proprio frumento confectum.

Alia insuper adjecta clausula, quod præsens indultum per septennium sit servandum, et nullo unquam tempore ad exemplum trahi possit; ead. Sac. Congr. Immun. in Lucana 20 Martii 1699. lib. 2. *Decr. Vallemani* pag. 209.

Additur pro declaratione præfati Decreti, quod pro pretio regulando Frumenti vendendi ab Ecclesiasticis Ministris, habeatur ratio ad pretium illius Frumenti quod in locis publicis venditur, et dicitur *da panizare*, non autem ad pretium Frumenti, quod dicitur *da Seme*. In reliquis in decis. ead. Sac. Congr. Immun. in ead. 21. Martii 1700. lib. 2. *Decret. Vallem.* p. 278.

#### FUGITIVUS A RELIGIONE.

*Vide verb.* APOSTATA, a num. 19 ad numer. 61.

#### FUNDATOR BENEFICII.

*Vide verb.* BENEFICIA, art. 2, et verb. CAPELLANIA.

#### FUNERALIA, FUNERA.

*Vide verb.* SEPULTURA.

#### FURNUS.

#### SUMMARIUM.

1 ad 25. Plura afferuntur Decreta ex Sacra Immunitatis Congregatione.

(1. Furni spectantes ad Ecclesiasticos gaudent exemptione, Sac. Congr. Immun. in Nuscana 20 Martii 1630. lib. 2. *Decr. Paul.* p. 33.

(2. Capitulum et Clerus habere possunt Furnum proprium, eoque uti, et locare ad usum Furni personæ sibi benevisæ ad effectum, ut dicitur, *di dispianare* eorum frumenta; ead. Sac. Congr. Immun. in Eugubina 9 Martii 1632. lib. 2. *Decr. Paul.* p. 116.

(3. Clerici et Ecclesiastici possunt aperire Furnum ad effectum *di esitare* eorum frumenta, dummodo sint recollecta in propriis bonis tam Ecclesiasticis, quam Patrimonialibus; ead. Sac. Congr. Immun. in Ravennaten., Spoletana, et aliis, 25 Sept. 1627. l. 1. *Decr. Paul.* pag. 67. Civitatis Plebis 9 Sept. 1659. lib. 4. *Decr. Altov.* pag. 1831, et 20 Febr. 1680. d. lib. p. 1932.

(4. Super competentiis Episcoporum in aperitione Furni visum fuit Sac. Congr.

particulari desuper habitæ non posse, nec expedire Decretum, seu regulam generalem præscribere ob diversas rationes, et circumstantias, quæ in unoquoque loco intercedunt; sed quod in casibus particularibus provideatur insimul per utramque Sac. Congr. scilicet Immunitatis, et Boni Regiminis; eadem Sac. Congr. Immunit. die 21 Julii 1699. lib. *Decret. Martelli* pag. 499.

(5. Sac. Congr. ex remissione Sanctissimi pluries auditis Ecclesiasticis et Appaltatoribus Veliternis quoad expensas factas pro aperitione Furni Ecclesiasticorum, censuit, quod prævia solutione scutorum quinquaginta, et facta obligatione per Appaltatores de solvendo insuper quidquid fuerit iudicatum, nec non soluto pretio Frumenti Ecclesiasticorum ad rationem Juliorum quinquaginta trium pro quolibet rubio, quod pretium pro medietate solvatur in consignatione Frumenti et alia medietas per totum Februarium immediate proximum, claudatur Furnus Ecclesiasticorum. In futurum vero, servatis litteris Sac. Congr. Boni Regiminis quoad interpellationem, declaravit taxari pretium Frumenti Ecclesiasticorum ad rationem taxæ, ut dicitur *dello spiano*, alias licere Ecclesiasticis aperire Furnum. Omnia approbavit Sanctissimus, et mandavit publicari hujusmodi Decretum; ead. Sac. Congr. Immun. in Veliterna 29. Dec. 1674. lib. 1. *Decr. Alt.* pag. 1048.

(6. Licet Episcopo uti libertate aperiendi Furnum quando Appaltator panis vendibilis recusat emere frumentum mensæ Episcopalis juxta ordines Sac. Congr. Boni Regiminis; eadem Sac. Congr. Immun. in Tudertina 9. Decembris 1679. lib. 2. *Decr. Altov.* p. 1891.

(7. Episcopus claudat Furnum, dummodo Appaltator se obliget emere frumenta suæ mensæ Episcopalis in pretio et quantitate declaranda a Sac. Congreg. Eadem Sac. Congreg. Immun. in Aquipendii 9 Febr. 1604. lib. 1. *Decr. Vallem.* p. 104.

(8. At quia concordare non potuit super quantitate, et pretio, ideo Sac. Congreg. a decisio recessit, et declaravit, licere Episcopo aperire Furnum: ead. Sac. Congr. Immun. in eadem 7. Apr. d. anni et lib. p. 115.

(9. Item Episcopo Faventino licet aperire Furnum nisi Appaltator intra 15 dies offerat se empturum Frumenta Mensæ Episcopalis pretio currenti cum augmento vigesimæ; ead. Sac. Congr. Immun. in Faventina 20 Martii 1695. d. l. pag. 187.

(10. Idem licet Episcopo Camerinen. nisi intra 15. dies Communitas se offerat cum effectu emere frumentum collectum in tota Diocesi cum augmento vigesimæ, ut in prædicta Faventina; ead. Sac. Congr. Immun. in Camerinen. 12 Januar. 1709. lib. 2. *Decr. Vallem.* p. 265.

(11. Sic licet Em. Commendatario aperire Furnum, facta tamen declaratione in principio mensis Octobris quantitatis frumenti, ut dicitur *di spianare*. Et quatenus Em. Abbas non deveniat ad declarationem, servetur Decretum in Faventina: ead. Sac. Cong.

Immun. in Assisien. 1. Octob. 1703. lib. 3. *Decr. Vallem.* pag. 523.

(12. Licet Em. Cardinali *fure spianare*, ut dicitur, in proprio Furno Frumentum relictum in bonis Patrimonialibus, et Beneficiorum, attento, quod Abundantiarii recusent emere frumentum ipsis exhibitum debitis temporibus; ead. Sacra Congreg. Immunit. in Cesenaten. 18 Octobris 1681. lib. 2. *Decr. Altov.* pag. 2275.

(13. Quando Priores communitatis præsumunt impedire Episcopum in sua libertate aperiendi Furnum, recusantibus ipsis emere Frumentum Mensæ Episcopalis Sac. Cong. rescripsit: Detur Decret. in Faventina sub die 20 Martii 1695. secundum quod Episcopus se gerat, eadem Sacra Congreg. Immunit. in Faventina 24 Octobris 1699. lib. 2. *Decr. Vallem.* pag. 252.

(14. Licet Ecclesiasticis, qui recipiunt Franchitias farinæ in cartella, retinere furnum pro usu proprio: ead. Sac. Congr. Immunit. in Melphitana 13. Maii 1692. lib. *Decr. Grimaldi* pag. 129.

(15. Non licet Gubernatori visitare Furnos Ecclesiasticorum: ead. Sac. Congr. Immunit. in Urbeveta 9 Novemb. 1695. lib. 1. *Decr. Vallem.* p. 227.

(16. Ecclesiastici coquentes panem in Furno publico Baronis, in quo solvunt omnes onus Furnatici, quatenus voluntarie utantur tali Furno, tenentur ad solutionem dicti oneris; eadem Sac. Congr. Immunit. in Larinen. 28 Sept. 1694. lib. 1. *Decr. Vallem.* pag. 148.

(17. Communistæ, qui destruxerunt Furnos Ecclesiasticorum, absolventur quatenus supplicent, et reedificent Furnos destructos; eadem Sac. Congr. Immunit. Brundusina 1 Novemb. 1682. lib. 2. *Decr. Altov.* pag. 2279.

(18. Furni intra Claustra Regularium existentes, pro ipsorum usu tantum inservire debent: eadem Sac. Congr. Immunit. in Neapolitana 4 Decembr. 1628. lib. 1. *Decr. Paul.* pag. 115.

(19. Et non possunt a Laicis impediri, ne ædificentur: ead. Sacra Congr. Immunit. in Barren. 28 Junii 1704. lib. 3. *Decr. Vallem.* p. 590.

(20. Nuncius provideat circa Furnos Regularium Neapolis, ut illis utantur tantum pro eorum usu: ead. Sac. Congr. Immunit. in Neapolitana 2 Decembr. 1681. lib. *Decr. Altov.* p. 2292.

(21. Eadem Facultas circa Furnos Ecclesiasticorum Neapolis conceditur Archiepiscopo; eadem Sac. Congr. Immunit. in ead. 27 Januarii 1682. lib. 3. *Decr. Alt.* p. 3.

(22. Quando Regulares et Moniales vendunt fraudulenter panem coctum in propriis Furnis, in præjudicium Communitatis, Archiepiscopus procedat pro sua prudentia cum facultatibus Sac. Congreg. ne sequantur fraudes sub pœnis gravibus, et quoad Regular. etiam privationis vocis activæ, et passivæ, non tamen Censurarum; ead. Sac. Congr. Immunit. in Panormitana 25 Maii 1685. lib. 3. *Decr. Altov.* pag. 446.

(23. Ad evitandos abusus Furnorum Ecclesiasticorum in locis immunibus, necnon,

ut confugiti non inserviant Furnis positus intra Claustra, ut plurimum habentibus januas correspondentes in viis publicis, et tandem ad evitandas fraudes in præjudicium Annonæ Civitatis Neapolitanæ, et ad Instantiam Electorum d. Civitatis: Sac. Congr. decrevit, licere Ecclesiasticis, vel retinere proprios Furnos intra Claustra inserviendos, et

## FUR, FURTUM.

## SUMMARIUM.

1 ad 6. Fur et latro. — 7. Furtum unde dicatur. — 8. Furtum quid sit. — 9. Furti species ordinarie assignantur quinque. — 10. Furtum simplex quid sit. — 11. Sacrilegium quid sit. — 12. Plagiatus quid sit. — 13. Peculatus quid sit. — 14. Ambigeatus quid sit. ad n. 15. — 16. Addunt aliqui Rapinam. — 17. Rapina quid sit. — 18. Furtum et Rapina ex genere suo est peccatum mortale. — 19. Affertur et solvitur Instantia. — 20 ad 24. De gravitate materiæ. — 25. Furtum potest esse grave peccatum in pluribus casibus, etiamsi materia sit levis. — 26. Furtum non committitur in pluribus casibus, quamvis aliena surripiantur. — 27. In extrema necessitate quomodo licitum sit auferre rem alienam. — 30. In gravi duntaxat necessitate non est licitum aliena surripere. — 31. Nisi tamen necessitas gravis sit urgens. — 32. Si tota Respublica sit in necessitate gravi, possunt licite auferri a divitibus superflua, quæ necessaria sunt ad Republicam sublevandam. — 33. Qui in extrema necessitate rem alienam abstulit nunquam tenebitur restituere. — 34. Si tamen res accepta in extrema necessitate non sit assumpta, tunc est restituenda. — 35. Qui rem accepit ante extremam necessitatem, et in ea absumpsit, tunc tenebitur restituere in æquivalenti. — 36. Est tamen æque probabilis opposita sententia. — 37. Qui per furtum minuta intendit ditescere peccat mortaliter. — 38. Non committit tamen tot distincta furtum mortalia. — 39. Qui furatur quid modicum, animo tamen plura furandi, si posset, peccat mortaliter. — 40. Qui furatur materiam levem, quæ cum aliis præcedentibus furtis complet materiam gravem, si habet voluntatem eam cum aliis retinendi, peccat graviter ratione injustæ detentionis. — 41. Non quidem sub mortali tenetur restituere totam illam summam, sed solum illam partem, quæ constituit quantitatem notabilem. — 42 ad 45. Duæ instantiæ. — 44. Peccat graviter, qui post levia furtum, quæ non potest restituere, addit aliud leve, quo compleatur quantitas gravis. — 45. Si tamen haberet efficacem voluntatem restituendi priora saltem usque ad materiam levem, excusaretur a mortali. — 46 ad 47. Qui semel complevit materiam gravem, et iterum furatur aliud leve, quod cum priora materia ablata facit unum quomodo peccet. — 48. Furta parva coalescunt, etiamsi fiant in diversis negotiis. — 49. Furta minuta usque ad notabilem summam concretescentia constituunt peccatum mortale cum obligatione restituendi sub mortali, non solum cum sunt ab eodem eidem, sed etiam cum fiunt ab eodem diversis Dominis. — 50. Restitutio a talibus furantibus minuta ad diversis Dominis quomodo

(1. Fur et latro aliquando sumuntur tamquam Synonyma, ut in cap. *Suscipimus* 10, de *Homicidio*, ubi textus prius vocat et dicit *latrones*, ibi: «Ingredientes de nocte quidam latrones ad eos» et postea vocat, et dicit, *Fures*, ibi: «Et Fures se solvere niterentur,» et sic ibi notat Abbas in 1. notabil. et in cap. *Interfecisti Furem* 2, de *Homicidio*. in 1. notabil. ubi etiam Marian. Socin. num. 2. Fagnan in cit. cap. *Suscipi-*

exercendos per proprios Ministros, vel illos etiam locare personis sibi benevisis, extra tamen locum immunem: Et Eminen. Archiepiscopus, et D. Nuncius respective ad proprios subditos procedant, ne fraudes committantur, et fraudantes puniant: ead. Sac. Congr. Immunit. in Neapolitana 10 Martii 1693. lib. 4. *Decr. Vallem.* pag. 30.

facienda. — 51. Furta minuta facta eidem a diversis non moventibus se mutuo, probabilibus non constituunt peccatum mortale in singulis. — 52. Plurimi tamen tenent contrarium. — 53. Sive quis furtis minutis furetur ab eodem, sive a diversis, sive plures ab eodem furentur, ad contrahendum peccatum mortale requiritur major quantitas, quam illa, quæ simul ablata constitueret peccatum mortale. — 54. Item major quantitas requiritur, si plura furta minuta fiant pluribus, quam si uni soli. — 55. Item major requiritur quantitas in furtis factis quando fiunt per majora temporum intervalla. — 56. Furta Domesticorum, Uxorum, etc., sunt vere furta. — 57. Talia Domesticorum furta, ut mortalia sint, regulariter requiritur major materiæ quantitas, quam in furtis Extraneorum. — 58. Hinc contra tales personas Domesticas conceditur tantum Actio rerum amotarum. — 59. Similiter Actio furti non datur contra filios, et servos. — 60. Item Actio furti non datur contra famulos, ac mercenarios apud Dominum degentes, si leviora, et modica furta commiserint. — 61. Secus autem, si eorum furta sint graviora, et nimis multiplicata. — 62. Famuli, Ancillæ, et Operarii apud Dominum degentes ordinarie non peccant graviter surripiendo esculenta, et poculenta communia in usus proprios, nisi forent excessiva. Secus in aliis materiis. — 63. Reliqua de furtis Famulorum, remissive. — 64 ad 65. De furtis parentum et filiorum. — 66. Reliqua de furtis Filiorum, remissive. — 67 ad 68. De furtis mariti et uxoris. — 69. Reliqua de Uxore quoad bona Mariti remissive. — 70. Religiosi surripientes de bonis Monasterii quantitatem notabilem, duplex peccatum mortale incurrunt, unum furti contra justitiam, et aliud proprietatis contra votum paupertatis. — 71. Eadem quantitas requiritur, et sufficit in Religioso ad furtum mortale, et ad mortalem transgressionem Voti paupertatis, quæ sufficit ad furtum mortale secularium, exceptis esculentis, et poculentis. — 72. Res furtivæ inventæ apud Furem a Judice apprehensum, non Fisco, nec Judici, nec Officialibus ejus, sed Domino restitui debent, non obstante consuetudine aut statuto contrariis. — 73. Qui rem alienam alicubi inventam accepit animo retinendi, et Domino comparanti non restituendi, vere furtum facit, et Actione furti tenetur. — 74. Hinc, si aliquam rem invenit, ignorans cujus sit, tenetur de rei domino debite et sufficienter indagare; aliter, si hanc indagacionem omittat, et rem retineat, Furti tenetur. — 75. Reliqua ab hoc n. 75, usque in finem ad n. 96, satis summarie sunt relata in ipsis Decretis a D. Petro Andrea Riccio in sua *Synopsi*, verb. *Fur, Furtum* collectis. — 97. Affertur egregium dictum Catonis de furibus. — 98 ad 104. De pœna furti.

mus num. 2. (2. Aliquando autem Fur et latro sumuntur tamquam quid diversum, ut in cap. *Interfecisti* 2, de *Homicidio*. ibi: «Interfecisti Furem, aut latronem,» ubi, ut vides, textus dicit alternative *furem*, aut *latronem*, ut notat Fagnan. *ibid.* num. 2. (3. Aliquando vero sumuntur sic, ut dicitur latro, qui stat in silvis, ut spoliat transcurrentes, et fur de nocte in domibus, ut in Authent. *Ut nullus Judic.* § penult. collat.